



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§.18. Venit itaque Iesus &c. inuenit eum &c. in monumento &c. Acceßit Christus: Martha verò modicam fidem ostendit, & insulsam rationem: dicendo: Domine, si fuisses hic.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53104](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53104)

dominator virtutis, Domine, cum tranquillitate iudica, & cum magna reuerentia disponis nos. Contem-
plare Deum in throno sue Maiestatis res-
dentem, qui cum possit Aegyptios castigando de-
lere, illis immittens leones, vidos, Tigrides aliast
que feras immaniores, a quibus membratim dis-
cerperentur, pedetentim tamen processit, muscis,
ranis, locustis, &c. hoc enim est, quod addit: *Sed*
partibus iudicans datus locum penitentia: magna
proceedas prudentia, perpendens quid illis ad-
eorum conduceret conversionem. Ex his con-
clusionem elicit probatissimam: Si Deus Aegy-
ptios hostes suos, & mortis reos, vique rebelles,
castigans, eorum sic supplicia temperabat, & ad-
uersitates, quibus illos plecebat: quanta, precor,
attentione perpendet aduersitates quibus filios
suo: examinat: quos tantis amoris signis & in-
dicijs oppignorauit? *Si inimicos seruatorum suorum,*
& debitos morti cum tanta cruciasti a; etione &c.
Cum quanta diligentia iudicasti filios tuos: expen-
ditus hic terminum illum: Cum quanta diligen-
tia, Domine videris, quod procrastinet. Procras-
tinat, & illud differt: sic enim iudicio suo diu-
no nobis ad salutem decernit expedire. Sed est
procrastinatio cum diligentia subueniens nec
momento quidem tardior, dum hoc ratio suadet:
idcirco namque dicitur septem habere oculos
apertos, ac vigilans, quibus summa diligentia ci-
tius accurrat, dum opportunum est: nam ideo
eius oculi vocantur spiritus: ipse qui tardauit, &
ter protulit infirmitatem: intelligens Lazari,
quia sic expediebat: quando iam accedit hora
competens, agit de progrediendo, & subuenien-
do Lazaro, eo modo vt ad gloriam Dei cedat,
Lazari vitam, sororum subleuamen, suique glo-
ficacionem: vt diuinam eius cognoscant lau-
dentique potentiam.

§. 18 Venit itaque Iesus &c. inuenit eum
&c. in monumento &c. Accessit Chri-
stus: Martha verò modicam fidem ostendit,
& insulsam rationem: dicendo: Domine, si
fuisses hic.

Biduo igitur iam elapso agit Dominus de
reditu in Iudæam & Bethaniam, & de hoc
discipulis collocutus, (a) tandem eo deuenit
quariduo post Lazari sepulturam: Venit itaque
Iesus & inuenit eum quatuor dies iam in mo-
numento habentem. Diuersimode dies hos aucto-
res explicant: quidam opinantur, quod eodē die
Lazarus obiit, quo nūquā ad Christum appu-

lit, qui illo, iam dimisso, biduo ibidem moratus
fuit, & altero biduo profectus, ex quibus quatri-
duum colligitur. Dicitur alij, quod secundo die
mortuus sit ex duobus illis, quibus Dñs mo. am-
traxit, remisso nuntio, & hinc opinantur, vt cer-
tiori subleto: eo quod biduo illo elapso Chri-
stus Dominus discipulis suis Lazari mortē in-
dicarit quo indicare voluit illis, sibi successis et-
iam absentes esse notissimos: quare expedies fue-
rat illos de morte Lazari reddere certiores, eo tempo-
re quo obuenerat: quod vja alias ordinari de-
ria non poterat illis tunc innotescere, itaque bi-
duo Christus procrastinauit, morti datus locum,
vt accederet. Deinde, in itinere ex industria qua-
triduo hæsit, tam vt hæc mora miraculi seruitet
celstitudini, quam propter distantiam loci, quæ
parua non erat, leucarum scilicet duodecim, ten-
tèque Christus procedebat.

Notant hic SS. Patres, breuem admodum fuis-
se Lazari infirmitatem, tamque grauem, vt bre-
uissimo tempore consumpsisset adulescentem vix
annorum triginta, iuxta D. Epiphanium ex He-
braeorum traditione sic vt modum omnino nec-
cierint, quo fratri laboranti succurreret (a) vt
hinc, charissimi, non-ū sit iuuentus, robori nihil
fidendum, non eius virtus, non valetudini: bre-
uissimo namque tempore mors eius prostermit
vitam, qui eam videbatur habere securissimam:
sed nec facilius quidquam, quam instanti vas
confingi vitreum: id mortem deplorandam, quæ
vix homini locum tempus que tribuit, vt in se re-
uerlus debiam exprimat confessionem, & insti-
cata sua dissoluat negocia, atque grauissimis se
expediat oneribus: O Sancte Deus: verebatur ad-
molum Ioh diuino adstare tribunalij, cum tamen Hora-
tot pijs esset socundus operibus, in Dei præsti-
tis gratiam, & pauperum, pupillorum; vidua-
rumque subditum: Cum nec vllius culpæ pate-
nenda-
tetur remorsum, cumque se, si vel vllus, ad mor-
tem debite præparauerat: aiebat autem: *Quanto*
ego son vt respondeam ei &c. qui etiam si habuero
quippiam iustum, non respondebo, sed meum iudicē
deprecabor, pijsillam eius implorans misericor-
diam; quid acturus est ille, cui nulla sunt opera
bona sed mala plurima: quid ille, qui nullis mi-
sericordiarū redolet operibus, sed pluribus proxi-
mi sciet iniurijs: quid ille, qui nunquam vel se-
mel de negocijs animæ suæ recogitant, si breui
prosteruatur infirmitate, si pestibus opprimatur,
quibus illico vsum perdat iudicij aut illi super-
ueniat paroxysmus, quo ratione priuetur, & mo-
mento temporis hinc intempetiue rapiatur: Si
repente interrogat quis respondeat ei: quid respon-
debis

IX.
Quanto
magis
nos filios
suos.

Explica-
tus quāto

Henrj 67
Coma
Manub.
(a) Se les
sue en
quatro
palabras.
III
Nihil iu-
uentui
fidendum.

IV

Quanto
Iob 9. 14.

V. d. his mortalium infaustissime: quod si fidelis-
 Similitudo, mus æconomus cuius sepe certoque est probata
 fidelitas: qui rationes suas ritè disposuit & suos
 in ordinem redegit concubillos, veteratur coram
 regia maiestate illos prælegere, eorumque expo-
 ne, e rationem: quid acturus est in postor, infi-
 delis, fraudulentus, Regiæ, facultates dilapida-
 tor, qui insuper eâ ad regis gravamen non mo-
 dicum expendisset, nec haberet aliquid debite
 recteque ordinatû, si Rex illi inopinatio citaret
 diemque diceret, nulla concessa dilatione, qua
 libros suos, vel semel euolueret & rationes dari
 & accepti perferretur, ex quibus posset iure
 merito condemnari: nemo non satis admiratur
 hominum in hoc negotio miserandam cæcitate-
 tem. Cui fides credidit, quod Deo possit dare ra-
 tionem partemque solutionem? an tibi persuades
 hæc omnia fieri posse temporis momento? &
 quantum ad me, semper mors repentina viros
 opprimit primarios, vt diebus præteritis dixi-
 mus: non enim se mori sciunt donec se mortuos
 videant diuino adstante tribunal: etenim non
 est, qui illis infirmatis audeat instans indicare
 periculum: Domine non leuiter ex hoc turbabi-
 tur. Domine, a. huc sat temporis superest: videam-
 us quomodo se matutino habebit tempore,
 quasi verò hominem Sacramenta intermitterent,
 quæ nedum sunt animæ sed & corporis tuta
 medicina.

VI. Hoc mihi fixum est inter rationes ob quas
 Saluator noster victionis extremæ Sacramentû
 instituit, quod iis ministratur, se quorum desper-
 atur vita hanc vnam esse, quò nos obligaret, vt
 Christiano homini periculum, quo laborat, in-
 dicemus: vix enim quis inuenitur, qui hoc illi
 mani esset, dispone iam tempèstiuè domui tuæ,
 ne te pariaris infirmitate præueniri: etenim
 aliquando, illam immittit numquam deuo re-
 uersuram. En tibi Lazarum: vix in lectum
 æper decidit, & illico iugem mortuum; il-
 lis inter manus inopinatio expirans elabi-
 tur.

Tandem aliquando accessit Dominus, cum
 iam Lazarus quatuor dies esset humatus, Notant
 nonnulli ex verbis Euangelistæ colligi, quod
 Domino appellente, iam admittit Lazarus quin-
 que diebus esset mortuus: etenim apertè dicit eû
 iam aduenisset: Inuenit eum quatuor dies iam in
 monumento habentem: Nec credendum est, eodè
 die quo mortuus est, traditum fuisse sepultura; raro namque temulantur mortui, perlonæ po-
 tissimum principales, eo die quo ex humanis
 abierunt, eo tempore quo venit Dominus turba

multa (teste Euangelista) confuxerat nobilium
 ex Hierusalem, vt matronas illas nobiles de fra-
 tris obitu solarentur, mortuumque deplorarent,
 eo quòd Bethania esset proxima Hierosolymis.
 Maria in cubiculo domus suæ secretioni sola
 residebat vacans visitationibus. Martha verò
 circa quæ familiam concernunt sedulo mini-
 strabat; quocirca illa prior Christi aduentum in-
 tellexit, quem vt percepit festina prosus cucur-
 rit Dominum exceptura; ad quem cum pertue-
 uenisset, eius prouoluta pedibus, sic ait: Domine,
 si fuisset hic frater meus non fuisset mortuus. No-
 nulli SS. Patres arbitrantur Martham eximia fides ex-
 si de fuisse laudabilem: quocirca cuncti illius
 verba rumuant, præferim Diu. Bernardus vt
 superius diximus alij & maior pars, ex illis, &
 sequentibus Marthæ verbis modicam eius de
 Domino fidem arguunt, quandoquidem non vi-
 deatur aliorè de Christo, quàm de aliquo Pro-
 pheta viroque Sancto habuisse opinionem, qui
 non operaretur nisi præsens iuxta præsentiam
 corporalem, idque non virtute propria, sed fu-
 sa ad Deum oratione: his appositè perpendunt
 D. Chrylost. & D. Petr. Chrysol. verba Marthæ;
 quibus suum oritur cum Christo colloquium:
 Domine, si fuisset hic: si namque firmè credi-
 disse Christum esse Deum pariter intellexisset,
 nullum esse locum in quo non esset. Insuper ea
 de causa redarguit Christus Regulum, vt notat Ioan.
 Diuus Gregor. cum enim instanter rogasset, qua-
 tenus dignaretur in domum suam diuertere si-
 lium curaturus morientem, eo ipso protestaba-
 tur, se domini non credere diuinitatem: si enim
 eam credidisset, intellexisset utique nullum esse
 locum, qui diuinam possit latere præsentiam. casibus
 Verum nihil hoc te moueat: vt enim superius repertum
 diximus, graui & inopinata struente calamitate, difficile
 etiam sanctitate priores, aliquando turbantur, & inueni-
 in fide deficiunt, imò in eo ipso titubant, quod tur-
 sapius & dixerunt & protestati sunt: Difficile D. Hieron.
 apud eos, etiam qui bene credunt, tribulatione præ-
 mente perfecta fides inuenitur: ait D. Hieronymus: aduers.
 quod ipsum mirabili probat exemplo Regis Lucif. &
 Ezechiz: erat Rex hic nemini sanctitate infe-
 rior, cuius præconium sic forè commendat elo-
 quium: *Fecit vestrum ioculis Domam, iuxta om-*
nia que fecerat Dauid pater eius: nominatim autè Probatque
 fidem eius & in Deum celebrat laudatq; fidu-
 ciam. *In Domino Deo Israel confisus es etc. adhuc* Regis
 Domino & non recessit ab eo: nihilominus vt vidit Ezechiz.
 potentissimum contra se armatum prodire Sen-
 nacherib fide titubat, & illi solita languet fidu-
 cia: quocirca se Tyranno supplicet submittit: ve-
 D. Hieron.

VII. Marthæ fides ex-
 penditur. Li. de gra-
 dibus hu-
 mil. c. ult.

55. D. Sermon. 63.
 Ho. 61. in
 Ho. 28. in-
 Euan.

VIII. Fides in
 casibus
 difficile
 D. Hieron.
 Dialog.
 aduers.

IX. Probatque
 exemplo
 Regis
 Sen-
 2 Para.
 29. 2.
 D. Hieron.



niam togans, quod viribus illi pertinax obsti-
 let: *Cum Rex Sennacherib cepisset universas civi-
 tates Iude misit ad eum Ezechias in Lachis: dicens:
 percaus: recede a me: & quodcumque iusseris, dabo;
 imposuit autem illi Sennacherib multam tre-
 centorum talentorum argenti & triginta auri: ut
 autem se eius eriperet procelati, sustulit dedit-
 que illi omnem pecuniam in templi recondita
 aetario: quinimo & laminas aureas templi valvis
 affixas: *Cum ista de eo dicantur (inquit D. Hier.)
 non timuit necessitate cogento, qua Domini conse-
 cravit Regi Assyriorum. offerre: quae tanta in Re-
 go sanctissimo turbatio? quis fidei defectus? quae
 in Deum fiducia? tepiditas, quae tanta fuerat o-
 lim eaque fortissima?**

Apostolos considera maris tempestate iacta-
 tos, & ipsum Diuum Petrum: ut vidit maris iras-
 das plus solito surgentes, seuumque turbinem:
 de his etenim testatur Evangelista, *Erat cor-
 rum obsecatum: & quid dicerent ignorabant, si-
 cut modo conspicimus Martham in verbis a
 vero delirare, illis ipsis etenim contradicit, quae
 paulo ante fidei vera protulerat, dicit mihi, ma-
 trona nobilissima, nunquid autem non dixisti Do-
 mino, Lazarum amicum eius esse familiarem?
 cum isto nuntio cursorem misisti, qui diceret:
 Ecce quem amas, an ergo illum fateris Domini
 amicum cui contradicis, quod abierit, illi de
 fuerit, & infirmum grauiusque laborantem, ut
 non amicus deseruit? hoc illum est amicum
 arguere factum, & proprio intendentem: vero:
 quales sunt in mundo frequentiores, hos enim
 habebis tantummodo praesentes dum tibi secun-
 da fuerit fortuna, diuitiae te extulerint, & tenen-
 tus promouerint feliciores: qua cuncta, si defue-
 rint, terga tibi vertent infideles, eleganter dixit
 ille.*

*Dum fueris felix, multos numerabis amicos
 Tempora si fuerint nubila, solueris.*

Illos Cicero confert acutè hirundinibus, quae
 interim dum in nostro hemisphaerio aestiu ser-
 uent calores, continuo garritu obstrepunt, suos
 nidos inter nos construunt, quas licet abigere
 coneris, non potes. Cum primum autem ex so-
 lis recessu hyemem sentiunt imminere, sic om-
 nes hinc auolant, ut nec vna compareat, sic om-
 nes hinc auolant, ut nec vna compareat. Sunt
 amici (si Spiritui Sancto credimus) non tui sed
 mensae tuae conuiuiae, honorumque tuorum asse-
 ctæ, quibus deficientibus, nullum ab eis spes
 ipse subsidium. *Amicus socius mensa non perman-
 bit in die necessitatis.* Heu Martha, an Christum
 Dominum amicis huiusmodi censere esse comparandum? an
 amicis talem fortè Dominum subrides? noueris ergo
 solus adest

Mac. 6. 5.

X.
Martha
diffidentia
arguitur.

XI.

Amici
fidei hi-
rundini-
bus con-
feruntur.
ille.

Ecc. 6. 7.

XII.
Dominus
amicis
solus adest

siquidem semper Dominus hic suis praesens sit singula-
 amicis: multo tamen grauius multoque sine- riter in-
 rius illis assistit, quod maioribus auguntur ad- tribula-
 uer sitatibus, ita ut illis tunc temporis ne mo- tione.
 mento quidem absit, sed adit semper collatera-
 lis: insuper & hoc tibi persuadeas cum illud
 verbis adeo praelatis ipsemet ore Davidico
 protulerit, de amico lo-utus qui fiducia plenus
 illi semper adhaeserit: *Cum ipse sum in tribula- Ps. 90. 15.*

Quinimo & ipse Dauid hoc expressè recinit *Ps. 33. 29.*
 verbis illis, quae Diuus Bernardus ad rem ex- *Ser. 16. in*
 pendit: *Luxia est Dominus iis qui tribulatio sunt: Psal. Qui*
corde. Quid ais Rex sanctissime, an non omnibus habitat.
est vicinus creaturis? ubi tui memineris, quod Ps. 138. 7.
dixisti: Quo ibo à spiritu tuo & quo à facie tua
fugiam?

Imo & ipsi Philosophi hoc intellexerunt, ita
 ut haec sta-uerint velut certissimam propositio-
 nem: *Non longe est ab unoquoque nostrum, in ipso Ad. 17. 29*
enim viuimus, mouemur & sumus. q. d. quamuis
 Deus ita cunctis adit creatoris, & in tantu esse
 habeant, in quantum adest illis Deus: veruntan-
 tem praesentiae suae euidentiores demonstrat as-
 sectus amicis suis, dum tribulationibus exerce-
 tur, illique tunc temporis verius succurrit, & cu-
 ra consulit singulariori. Ad huius confirmatio-
 nem licebit videre, quod Deus aliquoties, qui
 amicorum suorum cordibus latebat abscondi-
 tus, se cum illis adesse ostendit ipsa luce cla-
 rius, dum aduersitatibus obtruntur acerbiori-
 bus.

Erat Dominus cum tribus illis junioribus in XIII.
 Babylonia amicis suis integerrimis, illorum illu- Patet in
 minans intellectum, accendens voluntatem, cor- tribus
 daque delinens, sed eum ceni non videbant pueris
 carnales, nec ipse hoc credidit Rex: quocirca il- Babyloni-
 los fornaci mandauit iniici, cuius flammæ hor- cis.
 rorem inuictebant admirabilem. Quo momen o
 flammis tradun: ut: ecce apparet medius inter
 illos inuenis forma venustissimus, qui cum talis
 esset, à 5. textu nomen sortitur Angeli. Tertul- *L. 2. c. 8. ira*
 lanus arbitratur, fuisse ipsum Dei filiu in figura *Praxc.*
 humana formosissima, qui flammam repressit *c. 16. & l.*
 adiuuam, eorumque calorem ardentissimum q. *contra*
 in rorem conuertit caelestem & Zephyrum sua- *Marc. c. 10*
 nissimum, aderatque illis & inter illos ita mani- *& 21.*
 festè, ut eum Rex eiusque ministri patentis in-
 truerentur: quo spectaculo no parum stupefactus
 Rex, interrogat: quis ille medius iuuenes illos
 comitatur? nunquid solos illos flammis tradidi-
 mus exurendos: quis illis socius adhaeret latera-
 lis? an ergo credebas, quod ea hora Deus famu-
 los

los suos esse deserturus: nunc cum illis est magis quā in vngnam: non enim ille inter eos censendus amicus, qui dum vrgent pericula, suos deserunt amicos solatio destitutos.

XIV. Similes multas satis legimus hystorias in sanctorum cruciatibus: & satis nobis hoc ostendit euidenter Spiritus S. graues referens aduersitates, mortalesque angustias castissimi Iosephi: quanto enim erant hæc grauiores, tantò Deus aderat illi propinquior, fatique licuit: *Venditum ipsum non dereliqui sed à peccatoribus liberauit eum descenditque cum illo in foueam, & in vinculu non dereliquit eum donec afferret illi septrum regni, & potentiam aduersus eos, qui eum deprimebant.* Expendendum aduerbium illud donec. Non dereliquit eum donec. adferret illi septrum Regni, Regemque constitueret, spectat illud toties repetitum in historia Ioseph, intentam refert Sacra Scriptura à fratribus mortem germano fratri Ioseph, quos invidiæ liuor adulerat quorumque corda corroserat: vt autem conceptā hanc temperarent crudelitatem, decreuerunt, vt nequaquam moreretur sed vt mancipium, pecuniis distraheretur: effectus sequitur est cogitationem.

Vendiderunt eum Imaali: i. viginti argenteis, venditus igitur vinculis: que cōstrictus, ducitur captiuus in Ægyptum: ubi dem oab Imaclitis venditum Puthari euncho Pharaonis. Madianite vendiderunt Ioseph in Ægypto Puthari Euncho Pharaonis: magistro militum. Deinde transgreditur cap. 39. in quo magnum conscribit catalogum omnium, quas passus est, & dicitur, o quam fuerunt immentæ! In seruum vendendus est Ioseph, & ait qua ratione ductus à Madianis in Ægyptum exceptus fuerit, vt seruus & vile mancipium: secundo ab illis distractus, incommoda perferens intollerabilia, calamitates ineffabiles, quas secum vt comites trahit miseranda captiuitas, ad vilia damuarius officia: cunctis desperanti, variisque afflictus angustis.

XV. Percunctatur D. Chrysol. cna ratione inueni hic tantam potuerit æquo animo perferre calamitatem: qui in domo paterna tot fuerat delictis enutritus, à parte pluri. ceteris charior habitus, ab omnibus honoratus, subito verò ad tantum deiectus infelicitatem, ex tanta requie ad tantum de apus laborem, ex tanta prosperitate subito tanta subiectus seruituti? nemo dubitat, quā hoc animo debet. t. sentire miserissimo & hinc tr. stitia cor eius deprimi obstupenda. Quo porit igitur modo pondus perferre adeo graue, & intolerabile? respondet D. Chrysolomus: *non aduere in vngnam modo iulere grauem illam ser-*

uitutem adolefens, & omnis via dtra inexperius domique magna patris beneuolentia enutritus. subdit Scriptura dicens: fuitque Dominus cum eo, quid est erat Dominus cum eol comitabatur (ait) eum diuina gratia, & redibat ei factia omnia que graua erant. in prima venditione: erat Dominus cum eo: quid miramur quod labores illos animo tulerit æquillimo? secundo venditur, & subdit Spiritus Sanct. *Fuit Dominus cum eo. in domo Puthari seruum agi vilissimum: & d. ait ei gratiam coram Domino suo: quando carceri neruoque traditur, est Dominus cum illo, quando intellecto à Puthate per Ioseph intentato sic vxore mentiente) adulterio, in vincula conicitur. Dominus non dereliquit eum, his auditis Dominus & nimis credulus verbis comugis iratus est valde, traditque Ioseph in carcerem ubi vincti Regi custodiebantur, erat ibi clausus, fuit autem Dominus cum Ioseph, & miseris illius dedit illi gratiam in conspectu Principis carceris, qui tradidit in manu illius vnuerfos vinctos, qui in custodia tenebantur: & quidquid fiebat, sub ipso erat. Nec in carcere nec in grauissimis pressuris quibus scd Ioseph obrutum dolebat, illum Deus suo destitit auxilio: quinimo in illis tantò fuit illi vicinior, vt faueret sicut experientia probatur, quia in illis omnibus euentus fortitus est fastidiosus: etenim pressuris acerbissimis se Deus ostendit amicorum suorum defensionem, autorem fauoreque primarium. Hæc Diuus Martinus respondit latronibus quaerentibus, an non timore correptus fuisset, cum in eorum manus trucidandus incidisset: respondit enim: Nunquam securior: scio enim Dei misericordiam maxime in tribulatione adesse: hoc ipsum expertus est Ioseph, dum grauioribus anxaretur aduersitatibus, quod in illis, illum Deus minime dereliquerit, An postmodum dereliquit: nequaquam: quid ergo dicis: Non dereliquit eum donec: sciendum inquit D. Hieronymus aduerbium illud: donec, terminum tempori prastituere, in quo videtur illud tur addebere, deficere, de quo tractatur. Scribit Euangelista Mathæus quod desponsata fuerit Maria, donec. Virgo purissima Ioseph: *Qui non cognouit eam* Vide Tract. donec peperit filium primogenitum: an forsitan illa postmodum cognouit? à tali no: Deus liberet blasphemiam, responder D. Hiero. hæc fuit insidia Heluidij hæretici: non enim intellexit vim adverbij donec, hoc igitur significat, nempe finem temporis designat, in quo ori i potuisset dubium, an illam cognouisset, quod est, cum illam sibi accepit in Sponsam, qui nãque hoc in tẽpore illam non cognouit, nec attingit donec peperit filium suum.*

D. Ch.

XVI.

Explicatur

ad

uerbium

Matt. 1. 25

Pertu. lit hæc omnia Ioseph quia Domini erat cum illo. In ca. 39. Ge.

sum, filium Dei, multò minus illa esset postmodum cogniturus, quando intellexit, cuius filii mater esset Virgo manens ilibata. Labores patitur Ioseph non vulgatos, eosque perperes, non tamen feruentibus illis aduersitatibus Deus ab eo discessit: hoc etenim tempus est, in quo solent terga vertete, etiam charissimi. In illo autem illi defensor adlitit Deus in tantum ut ne puncto quidem temporis ab eo discesserit auxiliator: donec eius confortatus gratia cunctos illos superarit labores, libereq; ab illis euasent ad quietem regiamque euectus dignitatem: hæc etenim ea hora est, in qua Deus ita diligenter adest, suisque faciet amicis, nec non tanto prospicit studio, ac si ille ipse esset, qui labores illos, penasque sustineret.

XVII. Ex hac doctrina declarat Origenes quod Dominus ait: quòd in die iudicij conuersos ad electos suos, eis diciturus sit: *Venite benedictis Patri mei: possedete paratum vobis regnum*: esurii enim & dedistis mihi cibum, sitiu & dedistis mihi potum: nudus eram & cooperuistis me, infirmus & visitastis me, meritis & consolati estis me: ait eos responsuros: Domine, tibi ne quando te vidimus: quando tibi hæc & illa præstitimus? percunctamini quando an seruos meos non vidistis, hunc pauperem, illum nudum, alterum in lecto decumbentem: an ergo creditis, quòd ea in occasione longius ab eis abseruimus? ibi in singulis eorum aderam & tanto studio illis providendi flagrabam ac si eas ipse passus fuisset aduersitates: ac si cum esurientibus esurisset: cum præ frigore tremulo & ego tremulus fuisset, ac si infirmis febribus exarsisset, aderam ego in singulis eorum, & hoc teste Origene, ipse ore Dauidico pronuntiat & pollicetur: *Cum ipso sum in tribulatione*, id est: *Contributor cum eo*. Cum ipso sum ac si pariter cum illo sustinerem: quia meus est amicus, & mihi corde sociatus est: suntque amicis communia gaudia & merores: prosperitas & aduersitas, ò securum certumque amicum auro fideliozem, Credo quòd hoc ipsum David indicauerit verbis quibusdam intricatis & ambiguis: quæ altero die perpendimus dum in memoriam reuocat beneficia populo suo à Deo præstita. Olim in principio, quando illum de seruitute liberauit Ægyptiorum: *Quem redemisti tibi ex Ægypto gentem & Deum eius*. Quid ais ó David? quòd Deus populum suum de tristis illa eripuerit seruitute nullam patitur difficultatem; porro quòd similiter Deum eius ex illa vindicauerit, non capio: nunquid forsitan Deus arctissimis tenebatur vin-

culis: an captiuus Ægyptiis subdebatur & Pharaoni.

Duo sunt (inquit D. Gregor. Nazianz.) quos Orat. 13. in captiuitatem homines redigere non possunt; cum vult Deus, & Angeli partim quia viribus polleat fortioribus quàm homines partim quia spiritus sūt, venisset vnde illos constringere nō possunt hominū vincula: siquidē sine corporalia. Opinatur à bulentis ex alia hoc lectione declarantū quæ sic habet: *Redemisti populum ex Ægypto gentes & Deos eius*. In ca. 7. 21. hoc est, brachij tui ostendendo potestati contra gentē, Deoq; Ægyptiorū: populū enim durioribus cecidit flagellis, marique demerit profusissimo, Deos autē quotquot erant in Ægypto solo prostrauit, illos committens, distinguens, & in puluerem arenæ similem redigens; hoc enim illa contigit nocte, quando Domus natus eduxit foras Israelitas, vt S. pagina clariis insinuat *Prof. 13. Na. 33. sunt filij Israel in manu excelsa videndibus cunctis Ægyptiis & sepelientibus primogenitos quos perenseraat Dominus, nam & in Diu eorum exercuit vltionem*. Arb. tamen alij quòd mento fiat de Moyse Duce & Præsignano populi, quem Dominus creauerat Deum Pharaonis; Verum: tamen receptor est nostra vulgata lectio: *Redemisti populum, gentem & Deum eius*. redit prima difficultas qua ratione Deus fuerit in Ægypto captiuus? an non vides ibidem captiuum detineti populum eius electum amicoq; illius charissimo: an credis, quòd eos aduersitatibus penis, afflictionibus & captiuitate depressos suo esset a auxilio destitutus? cum illis & ipse concapiuus tenebatur, sic de eorum libertate sollicitus: ac si vinculis esset ipse constructus, & labores cum laborantibus ipse sustineret.

XIX. Hoc ipsum ipse declarauit (interprete D. Hieronymo) locutus quasi ipse ex populi sui laboribus dolore non minimo cruciaretur: *Super contritionem: filij populi mei contritus sum, & contristatus*. Super obtinuit me, quid sibi vult *Quod in afflictione Ierusalem* (sic D. Hier.) *Ipsè videtur afflitus & in humanam similitudinem super contritus*. Et notandum, quòd in illa occasione de laboribus aiebat, quibus ipse populum suum, in suorum penam scelorum plectebat, & de flagellis, quibus illum puniebat suorum inimicorū manibus, quæ cum ita sint, tantum nostro loquendi modo, sentiebat cruciatum ac si ipse cum contritis & ipse coneretur, & de flagellatis ac castigatis vnus esse censebatur, quòd intelligere debemus de laboribus, afflictionibus, & calamitatibus amicorum sibi electissimorum, qui hæc

XVIII. Deus cū populo in Ægypto captus. L. 2. Reg. 7. 23.

Ps. 90. 13. Orig.

✠ 55

L. 2. Reg. 7. 23.

XIX. Et cum populo contrito cōtritus D. Hier. In cap. 3. Hierem. 4. ad fin. Tom. 5.

•••••

XX. omnia ad eius obsequium, eiusque gratia perpetuantur. Hoc animos eorum qui ipsius sunt corroborat, ut animo non despondeant, nihilque timeant extremis afflictis calamitatibus. Hoc argumentum Moysen auimauit cum illi legationem commisit ad Pharaonem adeo arduam & omni periculo plenam, eademque ratione vires alafque addidit duci suo Iosue ut notat Diuus Paulus: *Noli timere ego tecum sum: non te deseram, neque derelinquam.* Similiter & amico sibi familiariori. *Noli timere Israel quia ego tecum sum: cum transieris per aquas tecum ero.* Apostolis suis prædicit totum vitæ tempus eorum mille laboribus, persecutionibus infinis, flagellis durissimis, diuturnis exiliis, morte denique frequentissima fore transigendum, quod autem illis in his omnibus dat solamen angustiarum? *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi.* Et hoc vestrum esse debet, loquitur Diuus Bernardus, vestris in aduersitatibus, inopia, infirmitate, & morte subleuamen. Si namque fueris illi familiaris, illum tecum habes, & illo te potest, velut amico fidissimo, consolari, adest in extrema tua paupertate, in febri tua flagrantissima, in persecutione maxime treuulenta. Vitium illud tunc cognoscetes, vitium cum illo; velut cum Patre piissimo, amico tutissimo, sponse certissimo, medico prudentissimo, & fautore colloqui nosse cunctipotente: hæc nostra est, heu miseri, calamitas, quod non nisi laborem spectemus nudum, & infirmitatem morbumque difficilem: omnia denique, quæ nobis videntur esse contraria: vitium nobis Domine oculos aperires, sicut Giezi quatenus cognosceremus fautorem nostrum nobis in tribulationibus comitem, cunctis nostris inimicis esse longè superiorē, etiam licet tota consuetudine inferni potentia, quam bono animo serueremus, & nobis persuaderemus: quod si remedium, quod querimus, non experiamur: nobis ipse dat quod nostræ maxime conuenit saluationi. Contemplantur D. Antonium Satanicis circumvallatum legionibus, quæ virum Deo charissimum circumdant, discernant, & vndeque affligunt. Post pusillum apparet illi Dominus visibili forma pellucidus. Cui Antonius: heu Domine mi, ut quid me tam periculoso certamine distentum dereliquisti, & Dominus Antonio: numquam tibi quam tunc etiam vicinior: animum tuum corroborans, virtutem fouens, excitas infirmitatem, hoc enim scire te oportet, nullas tibi fuisse vires ad tantos talesque (me tibi non fauente) superandos inimicos. *Hiero. Bapt. de Lanuz. Tom. III.*

cos. Idem contigit Seraphicæ nostræ sorori Diuæ Catharinæ Senensi; dum omnem eam rariâ circumdat potentia & visionibus deforis perceret inhonestis, & illusionibus in imaginatione perturbat impudicis. Ex illis ait D. Bern. sibi nihil magis optabile, quam aduersitates. Quandoquidem illis obrutus centam sibi polliceretur assentiam, & dominicam secum iouisset esse præsentiam: *Cum ipso D. Bern. sum in tribulatione, ait Deus, & ego quid aliud requiram, quam tribulationem.* Descendit ut profectus, qui sunt in tribulatione, qui tribulato sunt corde. O Martha sanctissima, ne dixeris, *Domine si fuisses hic:* etenim eo ipso quo Lazarus amicus eius infirmabatur, cū illo erat socius indiuiduus. Eandem pariter Martha infirmitatem: qua communiter homines tribuloribus afflictis successibus conqueruntur: vitium hoc aut illud eg. Item: vitium præuenissem: vitium me quicquam præuenisset: vitium nimium non confidissem: vitium talis non adfuisset: vitium talem aduocassem medicum; discessus sunt hi profus inuiciles: quia vtedum consolationem adferunt nullam; quinimo & augent dolores, suntque tam imprudentes ac eorum, qui tantum rebus causisque confidunt, ac nituntur quas oculis nostris cōspicimus, quasi vero successuum omnium prima radix nō esset causa prima mouens omnia, atque disponens, siue faciendo siue permittendo: quā est hoc factum audire, quæ ratione singuli in suis iacturis discurrant, quæ nominant infortunia, quot querelas effundant, quot quot sinistro calu perturbantur. O Domine! si talem euocasset medicum, si non illi venas aperuisset: si talis eum non turbasset, ex his quæ illi narravit: si tali tempestate medicum sumpsisset potionem; hæc omnia quid sunt, nisi *Si fuisses hic?*

Eli mi, audi monentem te Spiritum Sanctum *36. Et Tristi iam non des anima tua: & non affligas te me. Eccl. 3. o. ipsum in consilio tuo.* Vt quid te ipsum tuo discernas in consilio? hoc aut illud potuisset egisse, si hoc aut illo modo succurrissem, aduersitatem cuius hanc euasissem. An non vires, quod te ipsum flagelles, aumamque contistes: quod alius te perturbet, tumque cor affligat. nō miror, nec melius est, sed quod te ipsum carnifex exercitæ, laqueumque contorqueas, quo similibus cōsiliis mutilibus, & orationibus animam tuam affligas permittis: ne tale quid feceris: *Non affligas te me ipsum in consilio tuo.* quid igitur similibus in aduersitatibus considerabo? *Centine & congrua cor tuum in sanctitate eius: & tristitiam longe repellē.*

XXIII. Hoc errore labebatur Martha & laboratur multi.

36. Et Tristi iam non des anima tua: & non affligas te me. Eccl. 3. o. ipsum in consilio tuo. Vt quid te ipsum tuo discernas in consilio? hoc aut illud potuisset egisse, si hoc aut illo modo succurrissem, aduersitatem cuius hanc euasissem. An non vires, quod te ipsum flagelles, aumamque contistes: quod alius te perturbet, tumque cor affligat. nō miror, nec melius est, sed quod te ipsum carnifex exercitæ, laqueumque contorqueas, quo similibus cōsiliis mutilibus, & orationibus animam tuam affligas permittis: ne tale quid feceris: Non affligas te me ipsum in consilio tuo. quid igitur similibus in aduersitatibus considerabo? Centine & congrua cor tuum in sanctitate eius: & tristitiam longe repellē.

pelle à terne mœsticiam cordis adaugeas: quini-
mo illam, quam pateris, expelle, & cogitationem
tuam contine ne per varia discurrat, sed omnes
cordis tui compone discursus in sanctitate Dei:
Contine, & congrega cor tuum in sanctitate eius.
Sententiam admittit. Regit hanc mundum Deus
per causas secundas, quæ in omnibus à divina
dependent eius manu, de qua omnis earum vir-
tus procedit: ita ut tibi sit hoc supponendum,
quod virtus herbarum medica, præscripta Phy-
sicorum effectus venarum apertionis, fomento-
rum efficacia, iudicis prudentia qui in te profert
sententiam, advocati directio, procuratoris sedu-
litas, agentisque cura, & quidquid prudenter fit,
de Dei manu dependeat, magis quam de tua
dependet pomorum multitudo quæ paulatim in
vnum collegisti. Ne per hæc aut illa (monet
Spiritus S.) Fili mi, tui divagentur discursus, cu-
ræque distraharantur, dicendo: si medicus atten-
deret, si sanguinem non extraxisset, si tale quid
applicasset, si studiis incubisset. Advocatus, si
iudex rem pro merito perpendisset, si procura-
tor suo muneri non defuisset, desine & similes
dimite cogitationes, ne cor tuum de hac vel
illa causa quævis affligas; cuncta hæc ad
divinam revoca manum omnipotentem: est
enim sanctus & te quærit habere sanctum, &
ad sui gloriam, quidquid enim tibi contingit ex
divina eius manu profuit, ipse hoc decrevit,
& in tuum permittit bonum quam potest ma-
ximum.

XXV. Hoc argumento consolabatur D. Hieronym.
Eadem filiam suam spiritualem D. Paulam in morte
ratione primogenitam filie suæ Blehillæ: erat enim Eusto-
chium filia minoreniis: erat hæc mater filiarum
suarum amantissima ut autem meritis illi lacry-
mas abstergeret, præclara multa illi proponit,
sed potissimum ne pluribus insistat vaga discursi-
bus, sed illi vnicè ait, inhaerere considerationi:
Deum esse huius operis auctorem: & quando-
quidem credat eum optimum esse, similiter cre-
dat illud sibi quam maxime convenire: & hoc
est (inquit ille) quod Psalmista Regius de Sanctis
cecinit animabus quod exultaverint præ gaudio
magnitudinem diuinorum confiteri iudicio-
rum: Exultauerunt filia Iuda in omnibus iudiciis
Domine, si Iuda confessio interpretatur, confitens
autem omnis anima credentis est, necesse est ut qui
credere dicit in Christo, in omnibus Christi iudiciis
gaudeat. Hæc igitur sit vltima conclusio, Deus
hoc voluit: Deus hoc disposuit: Deus hoc de-
crevit: apage illud: si fuisse hoc: præterquam enim
quod hæc animo revolvens teipsum discrucias,

D. Hier.
Epist. 25,
Tom. 1.

§. 19. Resurget frater tuus. Ratio est hæc
multum efficax, qua nos ipsos in morte con-
solemur. Resurget frater tuus.

E Gregorè satisfacit Christus officio, quo ve-
nit in mundum, consolator cordium, dolore
nimio afflictorum absterfor lacrymarum,
medela tristantium atque plorantium. Sic ille
prædixerat per Iliam: Spiritus Domini super me Isai. 61. 1.
& c. misit me, ut mederer contritis corde, ut consolaretur omnes lugentes Sion. Quam aptè dicere potest, Christus
quod referens hæc eadem verba, die dixit alteri Iu-
ro: Hodie Scriptura ista completa est in auribus gentium
vestri. Et enim illo verbo, quod Marthe locutus consolatus
est, & illam & omnes est consolatus. Ait Spiritus tor.
Sanctus non leue cordi dolore contrito esse sub-
leuamen verbum consolatorum: Moror in corde Pro. 22. 25
viri humiliabit illum & sermone bene latifera. Lsb. 14. in
tur. ad hoc Christus descendit (ex sententia D. C. 50. Isai.
Hiero.) complens illud ad litteram Iliæ vatic-
nium: Dominus dedit mihi linguam eruditam ut
serm. 101. sciam sustentare eum qui lapsus est verbo. Illud di-
ligenter attende (Sic D. Pet. Chrysolog.) nullum
esse